Fragmentarium

[...]q; clamores & sortium dies & omnia que libri huius [uo]-
catur ester historia continentur. Rex uero asuerus
omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias.
10 Cuius fortitudo & imperium & dignitas atq; sublimitas
qua exaltauit mardocheum scripta sunt in libris medorum
atq; persarum. Et quomodo mardocheus iudaici generis
secundus a rege asuero fuerit & magnus apud iudeos & ac-
ceptabilis plebi fratrum suorum. Querens bona populo suo
& loquens ea que ad pacem sui seminis pertinerent.
Que habentur in hebreo plena fide expressi; haec autem
que sequuntur scripta repperi in editione uulgata
que grecorum lingua & litteris continetur & interim post finem
libri hoc capitulum ferebatur. quod iuxta consuetudinem
nostram obelo ueru prenotauimus.
Dixitq; mardocheus a deo facta sunt ista. Recordatus sum
somnii quod uideram haec eadem significantis nec eorum quicquam
irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium & in lucem
solemq; conuersus est & in aquas plurimas redundauit.
Esther est quam rex accepit uxorem & uoluit esse reginam.
Duo autem dracones. ego sum & aman. Gentesq; conuene-
runt hi sunt qui [...] delere nomen [...] conati sunt
iudeorum. Gens autem mea [...]hel est que clamauit ad dominum & saluum
fecit dominus populum suum liberauitq; nos de omnibus malis.
Et fecit signa magna atq; portenta inter gentes & duas sor-
tes esse precepit unam populo dei & alteram cunctarum

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_12v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41122)